UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Nuptiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

verbo confeſſiones.de proba.⁊ ibi etiam ponit Fran.de Are.⁊ ex‑tendit etiam locum habere in confeſſione ficta.alleg. Bar.in l.ab‑ſentem.ff.de pen.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Niſi per confeſſionem. Item verum qđ non admittitur probatio qñ quis vellet reſtitui ex clauſula gene‑rali,ſi qua mihi iuſta cã,vt dicit Alex.in l.inter ſtipulantem.§.j.ff. de ver.obl.vbi ad hoc alleg.plures authoritates etiã in terminis huius auth.⁊ qualiter procedat hec gl.vide Pau.de ca.cõſi.ccc‑xciiij.vide etiam aliam limitationẽ per do Prepoſ.in c.ſolicitudi‑nem.de appel.vide etiam Cepol.in tract.contrac. ſimulatorum,in prima preſump.circa medium. Uide ad hoc Alex.in l.qui iuraſſe. §.j.ff.de iureiuran.ſubtiliter ponderantem gl.ibi. Aliam limitatio nem ſingularem ponit Imo.in cle.j.de proba. Aliam Barba.in l. cum acutiſſimi,ſ.de fideicommiſſ.

LEX XX.

CUm multe. No.hanc legem. ¶ Not.pri‑mo qđ hodie vocatur dona‑

1 tio propter nuptias. ¶ †No.ſecundo,qđ dos non po

2 teſt eſſe ſine matrimonio. Item† donatio propter nu‑ptias non eſt donatio ſimplex,ſed ob cauſam,ideo non requiritur

a inſinuatio,[a] vt hic.⁊ gl.eſt in l.Aquilius.ff.de do.⁊ ibi vide,⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Inſinuatio. Uide in auth.eo decurſum.hic poſita not. in l.fi.§.ſi res.de iu.do.⁊ ibi Bal.

§. Si igitur dote. Hic §.vſq; ad §.ſimiliq; mo‑do.videtur difficilis, ideo de‑betis ſcire quod eſt quedam cõſtitutio Imperatoris Leonis,qua cauetur,ꝙ illud ꝙ datur,debet eſſe equalitas dotis:⁊ donatio pꝛo‑pter nuptias,habeat locũ,ſeu intelligitur in quotitate,hoc eſt,ter tia,quarta,quinta,non in q̃titate. Super hac l.habetis tres aut. Prima incipit,permiſſa,alia,dos data.alia,eo decurſum,⁊c.

AVTHENT.

DOs data. No.†quod hic dicitur res immo‑biles non egent obſignatione, vel conſignatione,ſed res mobiles tantum. Et gl.eam alle gat in l.accepta.de vſu.⁊ quotidie allegatur ad hoc.

De nuptiis. Rubr. IIII.

¶ Continua vt in gloſſa.

LEX I.

CUm de nuptijs. Ego habeo iſtaz legem pro nota‑

a bili. ¶ Quero,aliqua puella [a] eſt deſponſata viri le gitime, q2 de cõſenſu ꝯſanguineoꝝ, vel patris, his diſcordãtibus opus eſt arbitrio iudicis,vt hic dici tur,vtrum debeat morari apud ſponſum ſuum, ⁊ ibi alimentari. Iſta queſtio forte erit in ciuitate iſta de facto. ⁊ in hoc fui requiſitus, ideo omitto.⁊ cogitabitis.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Puella. Uide omnino Bal.in l.fi.de appel.reci.

LEX II.

SI nuptijs. Hec lex nihil valet hodie , ⁊ breuiter dicit. Ubi conſenſus alicuius requiri‑tur,non eſt neceſſaria ſubſcriptio libertatis.

LEX III.

1 ☞ Nuptie turpes que dicantur.

LIbertum. Hoc dicit,⁊ eſt bona iſta lex , vna de cauſis exheredationis,de iure anti‑

a quo,eſt quando filius contrahit nuptias turpes,[a] tunc po teſt exheredari a patre . Ita habetis l. iij. §. ſi emancipatus. ff.de

1 bo.poſſ.contra tab. Certe† dicentur nuptie turpes,quando accipe ret ſuam famulam,vel filiam famuli ſui . Facit ad hoc l.ſi filiam . ⁊ in auth. ibi poſita.ſ.de inoffi.teſta.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Nuptias turpes. Adde Bar.in l.qui rogatus . de ma. vindi.vide etiam in l.humilem.de inceſt.nup.⁊ in l.ſi qua.in princ.⁊ ad hanc legem qualiter tenere poſſet factum contra leg.vide Bal. in l. non dubium. ſ.de legibus.

LEX V.

a SI vt proponis. [a] Hic eſt vnus caſus, in quo preſentia inducit cõſenſum.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si vt proponis. Uide in c.cum cauſa.de rap. ⁊ l.eum qui.ff.de ſtat.ho.⁊ in c.j.de deſpon.impub.lib.vj.in gloſ. Sed an in executione matrimonij requiratur conſenſus patris,vide que di xi in l.iij.§.ſed vtrum.de mino.

LEX VI.

1 ☞ Filius natus ex elerico,,⁊ concubina,an legitimetur per ſub‑ſequens matrimonium.

ET ſi contra mandata. Quero cir‑ca hanc le‑gem,quid de liberis natis ante officium finitum. Gl. de‑terminat,quod non ſunt legitimi,vide gl.fi.dominus Richar. Ma

1 lamb.diſputauit vnam queſtio.an filius† natus ex clerico in mino ribus ordinibus conſtituto,ex concubina eius,legitimetur per ſe‑quens matrimonium. Et determinauit ipſe quod non , per legem iſtam inducendo ſic leges,que dicunt quod nati ex concubina le‑gitimantur per ſequens matrimonium,loquuntur in coitu concu binali,qui de iure ciuili non eſt prohibitus,nec permiſſus , ſed ſtat in terminis nature,ſecundum quam omnes liberi,⁊ legitimi naſce bantur. Unde in eis eſt ius naturale,ius vero ciuile non adeſt eis, neq; pro,neq; contra. Sed quando aliquis naſcitur ex aliquo coi tu,per legem prohibito,⁊ improbato, per ſequens matrimonium non poteſt legitimari,vt hic,⁊ nota.in dicta l.Paulus . Sed quod clericus habeat concubinam,iſtud expreſſe eſt prohibitum a l. vt ſupra de epiſco.⁊ cleri.l.eum qui probabilem . ⁊ in authen.de mo‑nach.§.ſi quis autem. Concluditur ergo, quod per ſequens matri monium non legitimatur.d. Io. Andre.ponit iſtam queſtionem in ſuis mercurialibus , ⁊ determinauit contrarium. Et in predictis ſtandum eſt determinationi Canoniſtarum,vt in cap.tanta.qui fi ſint legiti.⁊ ibi plene notatur.

LEX VIII.

IN copulandis. No.quod curator da‑bus non perſone, ſecus tutore,q2 dicitur quod datur pro tutela,⁊c.⁊ in capite libere perſone,ſecus in curatore,vt hic vides,quod nota.

LEX IX.

a * SI vicinis. [a]* Ille ergo,qui eſt natus in domo vi‑cinis ſcientibus eſt filius legitimus. Habes in l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Si vicinis.vide gl.in c. Michael.de fil.preſby. que idem dicit in concubina. Et adde text.ſingul. in l.miles. §. defun‑cto.ff.de adul.⁊ que ibi notata habes.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Si vicinis. An autem vicinus preſuma tur ſcire facta vicini. Uide in l.de tutela.⁊ qđ ibi not.poſt Bart.ſ. de in inte.reſti.minor.⁊ quis proprie dicatur vicinus, Uide Bar. plene in l.ſi tertius.in prin.ff.de aqua pluuia arc.cum ſuis concor.

LEX XVI.

PAtrem qui. No.hunc caſum ſingularem qđ alimenta repetuntur licet non geſſerit animo gerendi alterius negotia.

LEX XXI.

A Caligato. Solet hic tractari de dictione a ⁊ de dictione vſq;, de quo plene dixi in l.patronus.§.j.ff.de leg.iij.

LEX XXIII.

IMperialis. Hec eſt vna de legibus Impera‑torum nouorum. Proſequitur pri‑mo vſq; ad §.ſed ⁊ ſi tales.in quo.§.primo, Imperator po‑nit vnum ſuum proemium,ſecundo vnum ſuum dictum.verſic. ⁊ ſi tales. Tene menti hunc caſum.

§. Preſenti. Alias,ſi miles. Hic eſt not.verſi.⁊ habes caſuz valde no. Habes ex iſto verſi.quod

1 princeps dando† dignitatem,videtur diſpenſare de omni infamia ⁊ nota.⁊ eſt de materia l.Barbarius.ff.de offic.preto.quam tracta

2 bo domino concedente. ¶ †Ex principio huius legis habes no‑ta re,quod ille,qui deliquit,poſt peractam penitentiam , ⁊ habita

3 indulgentiam,habetur perinde,ac ſi non deliquerit.† Quod fa‑

a in arg.pro teſte periuro,vt poſt peractam penitentiam [a] habeatur ac ſi non fuiſſet periurus. Ita dicit gl.quam vide,⁊ no.⁊ incip.no argu.quod teſtis. Uide circa hoc plene per gl.⁊ Inn.extra de te‑ſti.c.antepenul. ¶ No.in verſic.ſed ⁊ ſi tales,quod priuilegium ha bet ſuum effectum,etiam ante impletam cauſam propter quam

4 conceditur. ¶ † In verſic.ſi miles not. quod concedendo digni‑tem,videtur diſpenſare cum infamia,dicam in l.Barbarius.ff. de‑duce.de offic.pretor.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Penitentiam. Uide Iaſo. in l.arenam.in ſ.de inoffic.teſtam.

AVTHENT.

QUod eis. Breuiter dicit.quod non eſt obliga‑torium contra bonos mores preſti‑tum iuramentum,vt hic,⁊ in corpore vnde ſumitur,⁊ in c.non eſt obligatorium.de reg.iur.lib.vj.

Filius

☞ Filius natus antequam pater eſſet Rex, an dicatur filius Regis.

§. **His illud adiungimus.** Iſtum §. allegat gl.ad queſtio.† vtrum ille,qui eſt natus,antequam pater eſſet Rex, dicatur filius Regis,vel ille,qui eſt natus antequam pater eius eſſet ſacerdos dicatur filius ſacerdotis,& iſta queſtio fuit de primo in ſuccedendo,in regno Francie,qr ibi erat vnus filius Philippi natus antequam pater eſſet Rex,alter natus fuit poſtea, contendebatur quis ſuccederet. Item fuit hic de facto propter ſtatutum hic quod nobilis,&c.Et de hoc dixi in l.ij.§.in filijs.ff.de decur.Habetis gl.que tangit multum bene in l.ſenatores.la j.ff.de ſena.

LEX XXIIII.

1 ☞ Tempus nuptiarum,an intelligatur quando fit deſponſatio an vero coniunctio carnalis.

2 Relictum factum pro dote,an ſit purum,an vero conditionale.

a **Sancimus.** [a]Hic eſt ſatis notabilis caſus, & eſt ſatis ſingularis. Breuiter dicit.Cũ de tempore nuptiarum fit mentio, intelligitur de die quo nuptie celebrantur,hoc dicit hec lex.Dicitur hic quod cum fit mẽtio de nuptijs,intelligitur de tempore nuptiarum. ¶ † Quero,

1 quomodo hic intelligitur tempus nuptiarum, vtrum intelligatur cum coniunctio fit per copulam carnalem, an vero cum fit deſponſatio per verba de preſenti. tex. videtur hic intelligere de coniunctione ibi,niſi.&c.Econuerſo facit tex.j.ibi ſed ex quo vota,&c.& votum nuptiarum procedit quando fit deſponſatio per verba de preſenti & iſta conditio.de ij.opin.eſt vera.Tex.habetis in l.cũ fuerit.& l.hec cõditio.de cõdi.& demõſtr.& qñ dies le.ced.l.quod

2 pupille.& Cyn.hic tractat illam† queſtio.ſi pater relinquit centum pro dote,vtrum videatur relinquere pure, an ſi nuptias contraxerit,quam examinaui plene in l.Titio.§.ante nuptias.ff.de condi.& demonſtr.&c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Sancimus.Hanc l.limita vt no.Barto.in l.penul.de vul.& pupil.

LEX XXV.

1 ☞ Lex loquens de mente capto,non habet locum neceſſario in furioſo.

2 Mente capti,& alie perſone fatue, non habent curatores legitimos,ſed datiuos

a **Si furioſi.** [a]No.quod lex que loquitur † de mente capto de neceſſitate non habeat locum

1 in furioſis.† Item per hoc nos dicimus quod furioſus, & prodi-

2 gus habent curatores legitimos.Quid de mente captis,& alijs fatuis perſonis?Certe habebunt datiuos,non legitimos,Ita videtur tex.& gloſſ. Inſtitut.de curato.§.i.de epiſco.audi.l.de creationibus.Facit ff. de poſtulando. l. cui eorum. cum legibus precedentibus.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si furioſi. Adde quod no.Bar.in l.cui eorum.§.in curatoribus.ff.de poſtulat.& vide Bal.in l.ij.j.de curator. furio. & in l.ſed ſi minores.§.cum autem.de exc.tut. P. PAV. P. ¶ Si furioſi,an furioſi mente captis equiparẽtur,videtur Iaſ. in l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.Item quod diſpoſita in furioſis locum habent in mente captis, & econtra videtur etiam Ale.in l.ex facto de vulg.& pupil.ſubſtitu. vbi etiam ponit quid operetur declaratio Imperatoris facta in iſta l.ſi omnino diſpoſita in furioſis habeant locum in mente captis,ſine alia declaratione & econtra.

LEX XXVI.

Si quis. No.quod filiam ſpiritualem non poſſum ducere in vxorem,nec etiam filius meus eam.

De inceſtis[a] & inutilib.nuptijs. Rubr. V.

¶ Dictum eſt ſ.de nuptijs,verũ qr quedam ſunt inceſtuoſe, ideo

a ſubmittit Rubr.de inceſtis nuptijs.[a]

ADDITIO.

a ALEX. ¶ De inceſtis.In l.ab inceſtis.de inceſtuo.nupt.hec lex intendit an cum vxore patris committatur inceſtus, per quam lucratus ſum centum ducatos. & quod clericus in ſacris dicatur committere inceſtum.no gl.& Bar.in l.j.ff.de cõcubi.ADDE vtrũ pena edicta contra contrahentes inceſtas nuptias, habeat locũ in eo qui cognouit ſepius vnam ex ſororib. poſtea cum alia contraxit matrimonium.Petr.de Anchar.conſil.cccxcij.& an filij nati ex ij.vxore ignorante de vita prime ſint legitimi, per eundem conſilio ccccij.Et an filij nati ex matrimonio in gradu prohibito poſſint legitimari ratificando matrimonium altero coniugum iam defuncto,vide per eundem conſi.ccccx.

LEX III.

Cum ancillis. Hic venit tractanda materia l ſi adulterium cum inceſtu.ff.de adulte.Videas eam j.e.l.qui contra legum. & ibi glo.& ego pleniſſime.& eadem gl.eſt in corpore vnde ſumitur auth.inceſtas,&c.

LEX VI.

Si quis inceſti. Imperator in hac lege,punit contrahentes inceſtas nuptias.Item ſuper iſta l. habetis duas authen. vna incipit, inceſtas,alia incipit,ex complexu.

AVTHENT.

1 ☞ Filius tenetur alere patrem exbannitum.

a **Inceſtas.** [a]No.ergo penam contrahentium[b] nu-

b ptias inceſtas.Item † no. ex auth.hac &

1 in corpore vnde ſumitur,quod filius tenetur alere patrem

2 exbannitum.facit l.mutus.§.manente.ff.de iure dotium. ¶ † Que vtrum iſta bona publicẽtur fiſco ipſo iure, vel per ſententiã? Tex. in corp.dicit ipſo facto,qr dicit,confeſtim. ¶ Querit gl.hic de quibus nuptijs loquitur hec authent. Quidam dicunt de inceſtuoſis que ſunt inceſtuoſe ratione ſanguinis, vt ſi erat conſanguinea. Alij dicunt quod de omnibus nuptijs prohibitis, & iſtam tenet gl.licet multi doctores teneant primam.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Inceſtas. An iſta pena locum habeat in eo, qui contrahit nuptias inceſtas de iure Canonico. que tamen non eſſent inceſte de iure ciuili.vide Abbat.in cap.& ſi.extra de donat. inter vir.& vxor.In contrarium vide Gemin. in conſi. lxxj. Petr. de Anchar.conſil.ccci.

b POMA. ¶ Penã contrahentium.Not.quod iſte pene non haberent locum contra illum qui accepit in vxorem ſororem illius,quã per fornicationem cognouit.quia quamuis non poſſit eam in vxorem ducere,& committat inceſtum,& de leui illam a ſe vult ſeparari,nihilominus non poteſt puniri iſtis penis,qr iſte text. intelligitur de conſanguinitate,& affinitate contracta iuſtis nuptijs,& non iniuſtis,vt per Ancha.conſil.ccccxij.incip.videtur prima facie.Et vide text.in l.fin.j.de nat.lib.& ibi Bal.& Scriben.& gloſ. in §.fin.in auth.quib.mod.na.effi.le.& Angel.de Aretio.in §. nouiſſime. Inſtitut.ad Orſ.Alex.conſi.lxxiij.in l.is qui.ff.de vul.& pu.Ale.& omnes in l.Gallus.§.ſi eius.ff.de lib.& poſth.concor.ibi tradidit.

AVTHENT.

1 ☞ Spurij quid iuris habent.

a **Ex complexu** [a]No.† quod iſti filij ſpurij ſunt

1 indigni omni ſubſtantia,[b] ideo

b eis nihil poteſt donari.nec teſtamento relinqui ab eorum

2 patre. Ita declarat tex.in corpore,& in gl. ¶ No. Secundo† quod tales filij non ſunt alendi.Hoc verum de iure ciuili,ſed de iure Canonico ſecus,vt extra de eo qui duxit in matri.quam pol.per adul

3 terium.cap.cum haberet. Ex quo† dixi, & conſului,quod vſque ad quantitatem ſufficientem pro alimentis pater poteſt huic filio

4 ſpurio relinquere.Et eodem† modo filie ſpurie[c] pro dote ſua, qr

c ſine aliqua dote,non poteſt alicui nubere.Tene menti.† Querit gl.

5 vtrum iſti ſpurij poſſint legitimari[d] per principem.Gloſ. dicit hic

d quod ſic,& bene.Et gl.dicit idem in corpore vnde ſumitur.Et vidi iam comites qui habebant priuilegium, & fiebat expreſſa mentio de illo §.vnde ſumitur authen. quod poteſt eſſe verum quantum ad temporalia,ſed quantum ad ſpiritualia,non, nec papa quantum ad temporalia poteſt in terris Imperij,vt in cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Ex complexu. Vide concord. per car.in c. grandi, de ſup.negli. prelat.item quid econtra, an talis filius teneatur alere patrem in egeſtate conſtitutum,vide Alexan.in l.ij.ad fi.ff.de in ius vocan.

b POMA. ¶ Subſtantia.Nec ſunt de agnatione, vel cognatione patris,nec poſſunt reſpectu patris vel matris dici nobiles, & non ſolum quando poſſunt dici,ſed nec etiam filij eorum quamuis eſſent legitimi,& naturales.Ita Angel.in conſil.cccxc. incip.viſis diligenter iuribus & quot debeant concurrere in legitimatione, vide Petr.de Anc.conſil.ccxlviij.

c ALEX. ¶ Filie ſpurie.Filie poteſt relinqui pro dote, & alimentis,vide Bald.in l.fin.de his quib.vt indi.ſed Bald.hic dicit quod hoc non eſt verum in nepharijs inceſtuoſis,ſecus in alijs ſpurijs. ¶ ADDE Abb.cõſ.cxv.ij.li.Et adde tu quod dictũ Bartol. hic

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN